ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. fGB 732

Jisewjn

Lovenio, 12 gennaio 1963

(Arch. Lomasca)

Lovanii, 12-1-1963.

Carissime Pater!

Est ut coniecisti: Romae et Ierusiae semper aperto capite - sicut et Lovanii facere soleo - ambulavi. Ad pallorem meum quod attinet, nativum dicere ausim: mihi genae numquam rosulentae fuerunt at optima tamen semper valetudine usus sum! Mentionem fecisti carminum Latinorum, quae H. Munro Anglus edidit. Quae cum ignorem, oro ut me de titulo libri deque editore et, si fieri potest, de auctoris domicilio accuratius doceas. Librum enim proximo anno in "Musis Latinis" commemorare et laudare debeo. Vale, optime Pater, et fac ut te diligentius cures. Exspecto etiam nova a te conscripta carmina! Hortari etiam velim ut eas interpretationem epigrammatis, de quo mihi scripsisti.

[signature]

Naam en adres van de afzender | Nom et adresse de l'expéditeur

J. IJsewijn
P. Lebrunstraat 27
Leuven - Belgio.

POSTKAART
CARTE POSTALE

1-2- ... 1963 ... LEUVEN

Rev. Padre G. B. Pigato
Collegio Gallio
Via Gallio 1
COMO
(ITALIA)

Lovanii 12 I 1963

Carissime Pater,

Est ut confecisti: Romae et Perusiae semper aperto capite - sicut et Lovanii facere soleo - ambulavi. Ad pallorem meum quod attinet, nativum dicere ausim; mihi genae numquam rosulentae fuerunt at optima tamen valetudine semper usus sum.

Mentionem fecisti carminum latinorum, quae H. Munro Anglus edidit. Quae cum ignorem, oro ut me de titulo libri deque editore et, si fieri potest, de auctoris domicilio accuratius doceas. Librum enim proximo anno in " Musis latinis " commemorare et laudare debeo.

Vale; optime Pater, et fac ut te diligentius cures. Exspecto etiam nova a te conscripta carmina. Hortari etiam velim ut edas interpretationem epigrammatis, de quo mihi scripsisti.

J. Jisewin